



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

4. De tribus Angelorum præcipuis erga homines officijs

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

tatem fuerint, arctiusque se eidem v-  
nire semper & in omnibus conati fue-  
rint. Affectus ijdem.

## IV.

De 3. Angelorum præcipuis erga  
homines officijs.

I. **Q**uam sollicitè Angeli homines  
sibi commissoſos fatagant purga-  
re, ad agnitionem & detestationem  
peccatorum admiſſorum excitando,  
ad eadem dignis pœnitentiæ fructi-  
bus expianda impellendo, à commit-  
tendis in futurum absterrendo. Gra-  
titudo, zelus maioris puritatis.

II. Quam sedulò clientes suos illu-  
minent, atque ad profectum in solidis  
virtutibus exstimulent, dignitatem  
virtutum illis ob oculos mentis po-  
nendo, modum eas perfectè exercen-  
di suggerendo, occasiones offerendo,  
auxilia gratiæ necessaria impetrando.  
Gratitudo, zelus proficiendi in virtu-  
ribus.

III. Quam similiter studiosè eosdem  
perficere, atque ad intimam cum Deo  
unionem perducere laborent, motiva  
cur Deus sit super omnia diligendus,  
diuinæque eius voluntati in omnibus  
acquiescendum, vias ac modos id  
con-

consequendi suggerendo, gratiam efficacem à Deo efflagitando. Gratitude, Feruor proficiendi in vnione cum Deo.

De 3. Angelorum exercitijs erga Deum.

IVo.

**I** Xpende quam clarè nunc semper videant Deum visione beatifica, quem per fidem obscurè cognouerunt, & firmiter crediderunt in via, ita vt ne momento quidem ab eo contemplando possint cessare: quam æquum esset te quoque iugiter eum! quasi præsentem semper intueri, per suaue exercitium præsentia Dei in via, quem beatè te æternum illis contemplaturum speras in patria! Congratulatio, Feruor frequentandi exercitium præsentia Dei.

**II.** Quam beatè nunc ament clarè visum in æternitate, quem obscurè per fidem reuelatum amarant in tempore. Æmulare eosdem, per exercitium assiduam amoris Dei.

**III.** Quam ineffabili gaudio nunc eundem possideant, ad quem olim vnicè anhelabant. Congratulatio, spes & desiderium beatæ fruitionis Dei.

Aaa 3.

De